*Sacch. alb.* ʒij.

*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ſcatul.* Uſurpatur doſi ʒß. vel ℈ij. mane ac veſperi. Vel

℞. *Salis polychr.*
*Ononid.*
*Fabar.*
*Abſ. ana* ʒij.

*M. f. Pulv. ſubt. d. ad ch.* Cape mane ac veſp. ℈j. in juſculo.

℞. *Spir. aperit. Penot.* vel
*Tinct. Antimon. aper. Zwelf.* ℥ß.

*Detur ad Vitr.* Summe 16. vel 20. guttas mane ac veſperi.

℞. *Tinct. aperit. Mœb.* ℥ß.
*Detur ut ſupra.*

℞. *Tinct. Antimon. vel Corall.* ℥ß.
*Detur ut ſupra.*

℞. *Aqu. Veron. Artemis.*
*Card. ben. ana* ℥j.
*Syrup. apèrit. Minder. Vel de Eupat. l.*
*Sceletyrb.* ℥iß.
*Tinct. Antimon.* ʒiß.

*M. ad Vitr.* Dentur mane ac veſperi duo vel tria cochlearia.

---

## CAPUT XII.

### *De Remediis Vulnerariis.*

§. 1.

*Definitio* V*Ulneraria*, Græcis Τραυμάτικα, vocabuli quidem ratione deſignant medicamenta, *Vulneribus* qualibuscunque deſtinata, ſed generaliori tamen ſigni-

ſignificatione, maximè iis competunt Remediis, quæ non ſolùm *Vulnera*, verùm etiam *Ulcera* & *Fiſtulas* detergere atque conſolidare valent. Hæc proin remedia non externo ſolùm, ſed interno quoque uſu celebratiſſima ſunt. Ubi tamen mox ab initio notandum, quòd Natura uniuscujusque ſubjecti, & non Remedia primariò & per ſe vulneratas, aut ulceratas ſuæ integritati reſtituant partes, ſed quòd ſive interna, ſive externa Remedia, hoc Naturæ opus tantum aliqua ratione promoveant.

§. 2. Hoc verò Naturæ adjumentum præſtatur à *Traumaticis*, dum impedimenta ſanationis, verb. grat. humorum in Ulceribus aciditas, aut ſi quid Vulneribus ab extra illapſum ſit, removeatur; hiſce enim obſtaculis ſublatis, jam ipſa Natura jugi nutritiarum particularum appulſu omnem læſionem, quæ in parte aliquâ contigit, emendat, priſtinæque Sanitati vel integritati membrum reſtituit. *Modus agendi.*

§. 3. Materia Traumaticorum vel *interna* eſt, quorumcunque talium Remediorum eſſentiam conſtituens, vel *externa*, quæ in variis ſpeciebus Traumaticorum conſiſtit. Quod attinet materiam *internam*, ſolet illa aliàs venire nomine principiorum remedia componentium: Ubi in genere ſtatim eſt notandum, pleraque Vulneraria multum terreſtritatis alcalinæ in ſe continere, partim cum Sale alcalino plus minus fixo, paucoque ſulphure, partim etiam cum multo Oleo balſamico, paucioreque Sale alcalino ſociata. Hinc eſt, quòd diverſis Affectibus nunc magis terreſtria, nunc magis balſamica, nunc magis ſalina alcalina deſtinentur & ſeligantur. *Materia vulnerariorum.*

§. 4. Traumatica magis terreſtria ſunt, verb. grat. *Bolus armena*, *Antimonium diaphoreticum*, *Corallia* *Terreſtria.*

*rallia, Lapides* 69. *Terra sigillata, Japonica, Lemnia, Lapis hæmatites, Cerussa, Pompholyx, Lac Lunæ, Tutia, Lapis calaminaris, Terra Vitrioli dulcis, Minium, Plumbum ustum ac lotum, Saccharum Saturni, Aqua Calcis vivæ, Diaphoreticum Martiale, & Joviale, Pulvis contra casum officinalis*, quæ quidem omnia & singula partim internè sub formá pulverum & pilularum, partim externè in pulverum specie adhiberi possunt.

*Alcalino-terrestria.* §. 5. His succedunt *Traumatica*, particulis *terrestribus* cum consortio multarum *Salino alcalinarum* gaudentia, atque hinc etiam absorbentia, siccantia & præcipitantia, verb. grat. *Plantago, Ulmaria, Symphytum, Bellis, Betonica, Cherefolium, Consolida, Hedera arborea & terrestris, Herniaria, Pilosella, Pyrola, Sanicula, Scordium, Millefolium, Veronica, Telephium, Vinca pervinca, Virga aur. Euphras. Alchymilla, Nummularia, Matrisylva, Hieracium. Scabiosa, Brunella, Gramen Parnassi, Cymbalaria, Ophioglossum, Chamedrys, Scolopendrium, Hepatica nobilis, Agrimonia, Herbæ* 5. *capillares, Lichen petræum, Pulmonaria, Tussilago*, &c.

§. 6. *Vulneraria balsamica* & *oleosa* præter particulas terrestres simul etiam multis sulphureis & oleoso-balsamicis pollent. Quemadmodum sunt *Chamomilla, Hypericum, Mumia, Myrrha, Colophonium, Terebinthina, Balsamus peruvianus, de Copayba, Tolutanus, Opobalsamum, Sperma Ceti, Sanguis Draconis, Sarcocolla, Flores Sulphuris, Oleum Terebinthinæ, Balsamus vulnerarius* qualiscunque, *Balsamus Sulphuris*, hinc & *Essentiæ* variæ *traumaticæ*, atque *Extracta plantarum vulnerariarum*. Quibus adde etiam *Axungias* varias, inprimis *Murium alpinorum*, apprimè ad recentia Vulnera commendatas. Neque

præter-

prætermittenda hîc ſunt ea, quæ Sale quidem acidiuſculo volatili gaudent, ſed tamen propter egregiam deſiccandi, ſanguinisque acredinem corrigendi vim magno cum ſucceſſu adhibentur, prout ſunt *Radix Chinæ, Sarſaparillæ, Lignum Santalinum* qualecunque, ut & *Lignum Guajacum, Saſſafras* ac *Fraxini*, quæ in decoctis inprimis commendantur.

§. 7. Quod *Formulas* attinet *traumaticorum*, varias à diverſis Medicis in uſum vocatas eſſe didicimus, tam intus exhibitas, quàm extus applicatas, nobis autem præcipuè ſequentes ſunt probatæ. Formulæ.

## *Formulæ Traumaticorum.*

℞. *Rad. ac herb. Geran. Robert.* ℥ij. Balſamus.
*Irid. florent.* ʒiij.
*Helleb. nigr. ppt.* ʒiß.
*Granor. Tritic.* ℳj.

*Contundantur ruditer & infundantur per* xxiv. *horas in Vini auſteri rubri* ℔j. *poſtea adde*

*Ol. Hyperic.*
*Myrtin.*
*Nucum, ana* ℥iij.

*Bulliant lento igne Balnei Mariæ ad conſumtionem Vini, factâ hinc expreſſione adde*

*Myrrh. rubr. ſubt. pulv.* ʒiij.
*Bitumin. Judaic.* ʒiß.

*Stent in leni calore, donec perfectè ſint liquata, ac in Oleum verſa, cui tandem permiſce*

*Lachrymar. Abiet.*
*Balſam. Copayb. ana* ℥ij.

*M. F. lento ignis calore Balſamus Fiſtulis inſtillandus, ac turundis illinendus.* Huic Balſamo interdum pro re natâ admiſcere etiam poſſumus

mus pulverem crudum *Aristolochiæ*, *Imperatoriæ*, aut *Cineres Ranarum*, vel *Cancrorum fluviatilium*. Vel

℞. *Sanicul. virid.* ℥iiij.
*Summit. Betonic.*
*Fœnic.*
*Granor. Junip. immatur. ana* ℥iij.
*Helen.*
*Rutæ,*
*Symphyt.*
*Chamædr.*
*Ror. marin. ana* ℥ij.
*Rhapontic. virid.* ℥iß.

*Incidantur omnia tenuiter & postea cum Butyr. rec. non salit.* ℔ij. *excipiantur in vase vitreo, ac postmodum per octiduum Solis radiis exponantur, demum affunde*

*Aqu. Fœnicul. Mens.* j.

*Bulliant ad consumtionem Aquæ, reliquum fortiter exprimatur, & usui asservetur.* Dosis à ʒß. ad ʒij. in casibus ab alto, Ulceribus internis, quotidie semel vel bis sumendo. Vel

℞. *Flor. Lot. hortens.* M iv.
*Hyperic.*
*Verbasc.*
*Virg. aureæ.*
*Herb. Aristoloch. long.*
*Gramin. Rarnass.*
*Geran. Robert. ana* M j.

*Incisa tenuiter inde phialæ, affunde Olei Olivarum optimi ad eminentiam digitorum duorum: Bene clausum sic vitrum expone radiis solaribus per* xv. *dies, ut*

*ut balsamicæ florum particulæ, blando sale volatili alcalino præditæ, in Oleo recipiantur; Dein expressum sic Oleum recentibus florum speciebus affunde, iterumq; insola; Tandem Colaturæ adde & admisce*

*Bals. peruv.* ℥j.
*Terebinth. opt.* ℥ij.
*Mastich. pulv.* ℥ß.

*Denuoq; per octiduum expone, sic Balsamus erit paratus.* Vel

℞. *Ol. Olivar. vel simplic. vel cum*
*Infus. flor. Lot. hortens.*
*Lin. ana* ℥ij.
*Baccar. Laur.*
*Junip.*
*Nucum. ana* ℥j.
*Essent. Caryophill.* ʒiß.
*Terebinth. elect.* ℥ij.
*Vitrioli alb.* ʒiß.
*Virid. æris* ʒiij.

*M. F. Balsamus*, qui calidè cum pennâ Vulneribus aut Ulceribus immittitur, superimposito Emplastro quodam vulnerario; cavendo tamen loca tendinosa, quibus Viride æris ac Vitriolum nocet. Vel

℞. *Radic. Vincetox.*
*Aristol. rotund.*
*Bistort. recent. ana* ℥iß.
*Herb. Consol. maj.*
*Bugloss.*
*Fœnicul.*
*Alchymill.*
*Salv.*

*Plantag.*

*Plantag.*
*Ophioglos.*
*Summitt. Cent. min.*
*Consol. sarac. rec. ana M*j.
*Lumbric. terrestr. ppt.* ℥iiij.
69. *fluviatil. num.* vj.
*Incisa & contusa omnia simul infundantur in*
*Ol. Hyperic.*
*Lumbric. terrestr. ana* ℔j.

*Digerantur in Balnei calore ad humiditatis consumptionem, dein exprime fortiter sub prelo, & habebis Balsamum Vulnerarium, cujus tribus partibus pro lubitu poterit supra lentum ignem admisceri*

*Myrrh.*
*Oliban.*
*Mastich. ana* ℥iß.
*Terebinth. lot.* ℥j.

*Digere ad Gummatum dissolutionem.*

## *Balsamus Vulnerarius Nervinus.*

℞. *Ol. Hyperic. rec.* ℔ij.
*Flor. Lot. hortens. odorat.* Miij.
*Virg. Aureæ.*
*Herb. Geran. Robert. ana* Mß.

*Herbas has ferventi Vino albo immitte, & aliquoties bullire sine, vase clauso, tandem exprime & cola. Colaturæ affunde Oleum & coque in* MB. *vel in vase aperto, ad Vini abstractionem, residuo Balsamo adde:*

*Terebinth.* ℥j.
*Ol. Lumbric. terrestr.* ʒvj.
*Essent. Croc.* ʒij.
*Ol. destill. Lavendul.*
*Majoran. ana* ʒj.

*M. serventur in vitro benè clauso.*

℞. *Ungt.*

℞. *Ungt. Basilic.* ℥iß.
*Pulver. Castor.*
*Asæ fœtid. ana* ʒß.
*Elixir. Vit.* ʒij.
*Camphor.* ℈j.

*M. d. ad Oll.* Egregium est absorbens & detersivum, in Ulceribus sordidis atque malignis. Vel

℞. *Terebinth. vitell. ovor.*
*solut.* ℥iij.
*Mellis rosac.* ℥j.
*Pulv. Myrrh. el.*
*& Aloes Spirit.*
*Vini irrorat. ana* ʒiß.

*Misc. detur ad Pyx.*

℞. *Ol. Ceræ* ℥iiij.
*Mastich. select.* ℥j.
*Cer. flav.* ℥ß.

*Dissolve & coque lento igne, colaturæ leni igne adde:*

*Bol. armen. ppt.*
*Extract. Liquirit. ana* ʒij.

*M. exactè d. ad Oll.* Intertrigines & Fissuræ Ani, Uteri, Mammarum, frequenter hoc linimento inunctæ citò persanantur.

℞. *Succ. Nicotian.*
*Cer. citrin. ana* ℥iij.
*Resin. Pin.* ℥iß.
*Terebinth.* ℥j.
*Pulv. Aristol. rotund.* ʒiß.

*Ol. commun. vel*
*Lil. alb. q. s.*

*M. ad formam Cerati.* Optimum in Exulcerationibus cutaneis, Tineâ & Squammis Capitis.

℞. *Ol. commun.*
*Lithargyr.*
*Cer. virid. ana* ℔iß.
*Gummi Galban.*
*Opopanac.*
*Bdell.*
*Salis armon. ana* ℥ij.
*Ol. Laurin.* ℥iij.
*Bacc. junip.*
*Pulv. Myrrh.*
*Thur.*
*Pomphol. ana* ℥j.
*Essent. Caryophyll.* ʒj.
*Terebinth.*
*Aceti alb. ana* ℥iiij.

*Oleum, Ceram, Terebinthinam, & reliqua Gummata cum Aceto prius coque ad hujus consumtionem, postea pulveres Lithargyrii, Thuris, Myrrhæ, &c. insperge, probé agita & misce, demum adde Essentiam Caryophyllorum, quâ probè subactâ massam ab igne repone & agita, donec consistentiam Emplastri acquisiverit.*

*Lapis medic. corr.*

℞. *Vitriol. crud.*
*Alum. crud. ana* ℥iij.
*Antimonii crud.* ℥iß.
*Fell. vitulin.*
*Salis commun.*
*Tartari ana* ℥ß.

*Mixta*

*Mixta pone in Ollam vitreatam, & affunde Aceti acerrimi ad eminentiam trium digitorum, coque perpetim leviter agitando, & postquam inceperit inspissari, adde*

*Pulv. Ceruss.* ℥j.
*Bol. armen.* ʒvj.
*Myrrh.*
*Thur. ana* ʒij.

*Coque leni igne ad siccitatem, & aliquantillum calcina, sic habebis Lapidem pulveris formâ Ulceribus inspergendum, mundandis & sanandis convenientem.*

℞. *Summit. Virg. aur.*
*Herb. Pyrol.*
*Sanicul.*
*Artemis.*
*Betonic.*
*Card. bened.*
*Veronic. ana part. æq.*

*Singula, si fieri poterit, Julio atque Augusto mensibus collecta siccentur, hincque permixta usui serventur. Quòd si autem in usum trahere velis, tùm*

℞. *Vin. alb. veter.*
*Aq. fontan. ana* Mß.
*Herb. illar.* Mij.

*Coque in Olla probè clausâ aliquantillum, hinc m. ac v. capiatur haustus. Quod si sanguis alicubi coagulatus præsumatur, adde*

*Fol. Sabin.* P. ij.
*Carbon. Tiliæ, aut*
*Querc. Acet. restinct.* ʒij.

*Et sic coque;* Egregium traumaticum est, post

contusionem aut casum, in Circulatione impeditâ, à Sabinâ autem cavendum, ubi hæmorrhagiæ metus est, quoniam acri suo sale eam solet promovere.

℞. *Radic. Dictamn. cretic.*
*Consolid. maj. ana* ʒij.
*Herb. Pyrol.*
*Sanicul.*
*Fragar.*
*Alchymill.*
*Betonic.*
*Scolopendr.*
*Hepatic. nobil.*
*Veronic.*
*Chamædr.*
*Gramin. parnass.*
*Summit. Virg. aureæ, ana* Mß.

*Incisis & contusis affunde per noctem Vini albi veteris ferventis* Mj. *Aq. fontan.* Mß.

*Post bibat æger m. ac v. haustum in Vulneribus, Ulceribus atque Casibus.*

℞. *Herb. Gramin. Parnass.*
*Heder. terrestr.*
*Scabios.*
*Salv. ana* Miß.
*Betonic.*
*Pinguic. Gesner. ana* Mj.
*Radic. Rhabarb. Monach.*
*Aristol. rot. ver. ana* ʒij.

*Incisis & contusis affunde Vini albi veteris, Aquæ fontanæ, ana* ℔iiß. *stent per noctem, post m. ac v. bibatur haustus.*

℞. *Sang.*

℞. *Sang. Dracon. opt.*
*Mumiæ ana* ℥j.
*Terræ Catech.*
*Myrrh. elect.*
*Radic. Torment. ana* ʒß.
*Flor. Rosar. rubr.*
*Hyperic. ana* ʒij.
*Santal. rubr.* ʒiij.
*N. M.* ʒj.

*Incisis & contusis affunde Spirit. Vin. rectificati ac tartarisati, vel Spiritus Hyperici ad eminentiam quatuor digitorum, digere bene clausa in arenâ calidâ per aliquot dies, hinc decantatus Liquor optimè tinctus servetur ad usum.* Vires ejus in Hæmoptysi, Dysenteriâ, Phthisi, Vomitu cruento, Mensibus immodicis, Fluore albo, Gonorhæâ, Casu ab alto, Herniis, Fracturis, Vulneribus, Ulceribus, quàm optimæ sunt. Dosis a gtt. xv. ad xxx. cum appropriatis aliis.

℞. *Radic. Vincetox.*
*Bistort. ana* ℥ß.
*Herb. Chamæpit.*
*Pyrol.*
*Sanicul.*
*Ophiogloss.*
*Plantag.*
*Gramin. parnass.*
*Summit. Hyperic.*
*Virg. aureæ*
*Flor. Bellid. min. ana* Mß.
*Myrrh. opt.* ℥j.

*Incisis & contusis recenter, affunde Spir. Vin.*

*dephlegmatum & tartarisatum, ad eminentiam trium aut quatuor digitorum, stent per aliquot dies in digestione, postea exprimatur & filtretur tinctura elegantissima, quæ in* MB. *nonnihil inspissari potest per abstractionem tantilli Spiritûs. Vires cum superiore habet communes. Si superior Tinctura ad mellaginem inspissetur, habetur Extractum pro pilulis usitatum.*

℞. *Rad. Symphyt.* ʒiß.
*Fol. Rut. mur.*
*Lich. petr. ana* ʒij.
*Sang. Dracon. ver.*
*Gumm. Arabic. ana* ʒj.
*Sacch. alb. ad pond. omn.*

*M. f. P. J. detur in scatul.* Dosis mane & vesperi ʒj. vel ʒij.

## CAPUT XIII.

### *De Remediis Glutinantibus, Sarcoticis, Poroticis, & Epuloticis.*

§. 1.

*Convenientia cum Vulnerariis.*

GLutinantia, *Epulotica*, reliquaque in Titulo allegata medicamenta, parum admodum à *Traumaticis* differre, omnes notant Authores, sicut enim *Traumatica* particularum balsamicarum ope absorbent, edulcorant, & veluti quodam balsamo divisas partes obliniunt; ita remedia jam explicanda aliquantillum fortius desiccant, superfluamque humiditatem, à quâ Natura in restituendâ parte læsâ impeditur, auferunt.

*Glutinantia.*

§. 2. *Glutinantia* itaque sive *Colletica*, Græcis κολλητικὰ, sunt remedia, quæ particularum suarum glutinositate, recentia Vulnerum labia adducunt, & gluti-